

cum fuerit de spe sua res ac
ceptum sumus mercedem de
narium. Ipa enim merces
reducitur operarius munera
laborantibus secundum eua
gelium quod credo remem
bera. Neque enim omnia com
memoranda sunt tamquam
rudibus et imperitis. **Salo**

ne monitis et opum mi
raculis imbuebat. ut de
et unigenitus dei et filius
hominis crederetur. Nam
unum horum sine alio au
non poterat ad salutem
et equis erat. Primum co
mum. Ipsi sunt. Primum
dum tantummodo sin
Iomine. ut. **Salo**

nos

Tom. *Pruell.* 59.

~~G. 17. 2.~~

EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

VI-42.

SIGNAT. MDCCCXIII.

130



75
Contra Transubstantia-
tionem

THESES DISPV-
TATIONIS ORDINA-
RIAE, PROPOSITAE IN ACADE-
mia Reipub. Argentoratensis, à IOHAN-
NE PAPPO, Doctore Theologo.

RESPONDEBIT M. VVOLFGAN-
GVS FRENSHEMIVS Nastadiensis,
9. & pridie Calend. Iulij.



EXCVDEBAT Nicolaus Wyriot.
M. D. LXXVI.

Compta Transcriptionis

1691

THESE DISPV

TATIONIS ORDINA

RIE PROPOSITAE IN ACAD

EMIA SPECTABILIS JOHANN

NE RATIO Doctoris Theologo

RESPONDENTIS M. WOLFGAN

GVS BRUNNENIUS Mathematicis

et publico Calend. Julij.

REVORDEAT Nicolaus Varios

M. D. LXXVI



CONTRA TRANSSUBSTANTIATIONEM.

I.

TRās substātionem Synodus Tridentina definiuit, conuenienter, propriè & aptissimè à Sancta Catholica Ecclesia appellatam esse, mirabilem illam & singularem conuersionem totius substantiæ panis, in corpus Christi Domini nostri, & totius substantiæ uini, in sanguinem eius, manentibus duntaxat speciebus panis & uini, factam per panis & uini consecrationem.

Sessione 13. cap. 4. & can. 2. II. Octobris, an. 1551.

II.

Sed commentum hoc, nullo Scripturarum testimonio defendi potest.

III.

Neque enim poculum benedictionis, cui benedicimus, *κοινωνία* esset sanguinis Christi, & panis quem frangimus, *κοινωνία* corporis illius: si vera esset Transsubstantiatio.

IIII

Et de ipsa usurpatione cœnæ huius, uerba faciens Apostolus, non species aut accidentia panis & uini, sed panem & uinum nominat aliquoties.

V.

Deinde ignotum est hoc dogma ueteri Ecclesiæ: natum uidelicet post Caroli magni demum ætatem.

Mortuus est Carolus Magnus, 5. Calend. Febr. anno Christi 814. indictione septima.

VI.

Perpetuus enim consensus est Ecclesiæ Catholice, Eucha

A ij

ristiam duabus rebus constare: terrena vna, pane & vino: cœlesti altera, corpore & sanguine Domini.

Iren. lib. 4. contra Valent. cap. 34.

VII.

Et ne ab ipsis quidem Pontificijs necessarium semper habitum est: vel ad præsentiam corporis & sanguinis Christi in sacra Cœna demonstrandam: vel quin absque eo, concordia Ecclesiæ salua esset.

Scotus in 4. Sentent. dist. II. q. 3. Concilium Florentinum, Sessione vltima.

VIII.

Repugnat Transsubstantiationi, & Sacramentorum natura: quorum hoc proprium est, vt & signum, & rem signatam habeant.

IX.

Signa autem siue symbola cœnæ sacræ, non sunt accidentia panis & vini: sed panis & vinum.

X.

Repugnant & sensus nostri, qui panem & vinum esse fatentur, quod sumimus.

XI.

Quibus quidem credendum est, de obiecto proprio iudicantibus.

XII.

Denique absurdas, & blasphemias etiam opiniones complures, ex hoc dogmate partim ortas esse, partim confirmatas, manifestum est.

XIII.

Accidentia panis & vini, nulli subiecto inherere.

XIIII.

Corhus

Corpus & sanguinem Domini tam diu sub his accidenti-
bus manere, quam diu ipsa accidentia apparent.

XV.

Eoque reseruandum esse panem transubstantiatum, ado-
rationis & circumgestionis gratia: nam de vino transub-
stantiato, periculi vitandi causa, idem non debere fieri.

XVI.

Huc pertinet & figmentum de Concomitantia: cuius præ-
textu, poculum benedictionis Laicis, quos ita nominant, ade-
merunt.

XVII.

Et quæ eiusdem generis sunt, infinita alia.

XVIII.

Quid tamen ipsi pro defensione tam præclari dogmatis af-
ferant, videndum est.

XIX.

Verbis institutionis, Hoc est corpus meum; Hic est san-
guis meus; Transubstantiationem stabili.

XX.

Cum tamen ipse Dominus, de vino Sacrae cœnæ loquatur,
Dico vobis inquit, amodo me non bibiturum de genimine
isto vitis, &c.

XXI.

Deinde colligunt, quæ apud quemcunque veterem Scri-
ptorem Ecclesiasticum, de mutatione aut conuersione panis
Sacramentalis reperiunt.

XXII.

Cum certum sit, illos de hac sola mutatione loqui, qua panis

A ij

qui est à terrâ, vocationem Dei percipiens, non tam communis panis est: sed Eucharistia, duabus rebus constans, vt supra ex Irenæo annotabamus.

XXIII.

Eamque ob causam, vbi de vnione personali duarum naturarum in Christo agunt, Eucharistia: & vbi de Eucharistia, vnionis personalis similitudine vicissim vtuntur.

XXIII.

Etsi vt aliàs est à nobis explicatum, vnio personalis & sacramentalis differunt.

XXV.

Exempla autem virgæ Abaronis, & aquæ in Cana, planè diuersa sunt, & impertinentia.

XXVI.

Non enim virgæ in serpentem conuersæ, accidentia tamen apparebant.

XXVII.

Et de pane Eucharistia nullibi scriptum est, τὸν ἄρτον σῶμα γεγενημένον: quemadmodum de aqua in Cana, τὸ ὕδωρ οἴνου γεγενημένον.

XXVIII.

Addunt præterea miracula, quibus Transsubstantionis veritas confirmata sit.

XXIX.

Sed prohibet Scriptura miraculis credere, quæ verbo Dei repugnant.

XXX.

Et præterea nouum non est, superstitionem quoque miraculis

culis confirmari: idque iusto Dei iudicio, vindicantis contem-
ptum sui verbi.

XXXI.

Cum itaque Transsubstantiatio melioribus argumentis
non defendatur: rectè à nobis exploditur.

FINIS.

Irenæus lib. 4. cont. Valent. cap. 34.

Quemadmodum qui est à terra panis, percipiens vocatio-
nem Dei, iam non communis panis est, sed Eucharistia, ex
duabus rebus constans, terrena & cœlesti: sic & corpora no-
stra percipientia Eucharistiam, iam non sunt corruptibilia,
spem resurrectionis habentia.

enit con...
funt in verbis

xxxv

Cum itaque Transsubstantiatio melioribus argumentis
non defendatur, uestis a nobis exploratur.

FINIS.

Tractatus lib. 4. cone. v. de m. cap. 34.

Quoniam dicitur quod est in panis, recipiens vocatio
nom. Dei, iam non communis panis est, sed Eucharistia, et
dubius est, ut constans, terrenus & coelestis, sic & corpora no-
stra recipientia Eucharistiam, iam non sunt corruptibilia,
sed immutabilia.




ULB Halle 3
002 378 663



ant. cecidantur se
e sacre scriptur. **102**
hoc numero conser
e bene notatis. Jam
les quadraginta di
cunant. et helyas
n. et ihc dominus n.
ator n. ihc xpc. huc
ii numeru implent.
isen significatur **103.**

mus in hoc seculo. **104** u
sumo quam mercedem ad
didit apostolus. Sequitur
et dicit. **105** expectans illam
beatam spem. et manifesta
tionem glie bean dei. et sal
uatoris nri ihu xpi. **106** In hoc
ergo seculo quasi quadragi
simam abstinere ac celebra
mus. cum bene unimus.





75

Contra Transubstantia-
tionem

THESES DISPV-
TATIONIS ORDINA-
RIAE, PROPOSITAE IN ACADE-
mia Reipub. Argentoratensis, à IOHAN-
NE PAPPO, Doctore Theologo.

RESPONDEBIT M. WOLFGAN-
GVS FRENHEMIVS Naftadiensis,
9. & pridie Calend. Iulij.



EXCVDEBAT Nicolaus Wyriot.
M. D. LXXVI.

8 15